

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas complectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

**Jahr:** 1750

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN369547365

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

**LOG Id:** LOG\_0016

**LOG Titel:** Caput Septimum. Gramen supplex. Rompot subat. - Sevende Hoofdstuk. Smeekent Gras

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN369544501

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## CAPUT SEPTIMUM.

## SEVENDE HOOFDSTUK.

*Gramen supplex. Rompot subat.**Smeekent Gras.*

**H**umile etiam ac parvum est gramen, tenues gerens geniculatosque cauliculos semi procumbentes ac semi erectos. Ex una radice varii excrescunt culmi, binis inferioribus articulis terræ incumbentes, subsequenter sensim sese erigentes. Foliis obducti sunt, quæ inferiore dimidia sua parte tanquam vagina culmum pro parte ambiunt, ac sic simul alam aviculæ repræsentant, talesque alæ plures simul locantur, una ex radice provenientes.

Folia vulgaris sunt formæ, tenera, & flavescentia, ex binis constructa partibus, quarum summa pars palmam circiter longa vulgare est gramineum folium, inferior binos circiter articulos longa complicata est instar vaginæ, & culmum ambit pro parte. Unde & quodvis folium circa medium geniculum gerit, & vagina sua plane decumbit, ac si ala compressa esset, folia autem ipsa irregulariter extensa sunt.

Super folia tenuis decurrit cauliculus, ultra spithamam altus, atque in vertice gerit tres quatuorque angustas spicas ex densis & mollibus squamis compositas, oblique erectas. Radix vilis est & fibrosa, sed terræ firmiter inhærens.

*Nomen.* Latine *Gramen supplex*, juxta Malaiense *Rompot* seu *Daun subat*, h. e. folium supplex, ac sic Ternatense *Goffo suba*, Amboinice *Suba suba*.

*Locus.* Non multum occurrit, nisi spontaneum circa montium pedes, vel ad colles ventosos, ubi loca sunt graminosa & argillosa.

Solo tali effossa hæc planta in hortis transplantari potest, ob elegantiam & subsequentem usum, cujus nullus alius innotuit nisi qui apud Malaienses & Ternatenses mulierculas valet in sua Grammatica, si enim alicui scribunt supplicatorium, ut condonationem quorundam vitiorum petant, quod nos multis literis & ceremoniis peragimus, solum hoc præstant missione ramuli hujus graminis, quod complicatis & compressis foliolis supplices repræsentat palmas illorum, qui veniam petunt.

Huc refero Amboinense gramen viarum, seu *Polygonum Amboinicum*, quod articulo suo & duro cauliculo juxta terram prorepat, ubique fibrillas emittens, ac sese figens, ita ut nullibi nisi breves adtollet cauliculos. Folia dense sibi incumbunt, vulgaris formæ, digiti articulum longa, & instar arundinis striata, ex nigro virentia, & ad cauliculi extremum convoluta in apicem. Nil nisi folia plerumque in hac conspiciuntur plantula, nisi in campo crescat, nec multum pedibus calcetur.

Tum ex foliolorum alis concavus excrescit flosculus crateriformis, & ad oras in apices distinctus, coloris obscure fuscæ, sique inter digitos comprimatur, lymphæ exstillat.

*Nomen.* Latine *Polygonum Amboinicum* & *Gramen roris*, juxta Malaiense *Rompot ombong*, h. e. *Gramen roris*, quum ros in ejus conspiciatur foliis fere usque ad meridiem, immo ipsis ferventibus diebus & sole splendente, sique non multum a sole tangatur, ros usque in vespere adparet, uti & post solis occasum statim humidum est. Amboinice *Hutta tomar*, quum ejus foliola referant illa arundinis *Tomar*, quæ cæterum & *Boeloe swangi* vocatur.

*Locus.* Juxta vias & in campis crescit, ubi solum est planum ac durum, magnum occupans locum, ubi tam intricate radices emittit, ut fere eradicari nequeat, licet iste locus circumvertatur, præsertim si radicalium ejus particulæ quædam remaneant, uti & tolerare valet calcinationem pedumque fricationes tam hominum quam animalium, sicuti in arcibus etiam prorepat ac luxuriose crescit, unde & symbolum est constantis laboris, qui cunctas superat res adversas.

*Ufus.* Quamdiu ros huic incumbit gramine, h. e. usque ad meridiem vel horam decimam, hoc gramen quam avidissime depascitur, tam a majoribus quam minoribus pecudibus, quod detrimentum subsequentibus restituitur noctibus, ita ut cunctis alternis vel tribus regerminet diebus. In Grammatica symbolica denotat pertinacem alicujus rei propositum tam in laboribus quam rebus adversis, quibus oblectari conatur.

Hujus

**D**aar is nog een laag grasje met dunne en geleede steelen, half leggende en half overeind staande. Uit eene wortel schieten verscheide steelen, met de twee onderste knietjens op de aarde leggende, met de volgende allenkskens baar opreggende. Zy zyn met bunne bladeren bekleed, dewelke met baar onderste helft als met een schede den steel ten deele omvatten, en zog t'zamen een wieke of vleugeltje van een vogel verbeelden, en zulker wieken staan veele by malkander, uit eene wortel.

De bladeren zyn van gemeene gras-fatzoen, teer, en geel-groen, uit twee deelen gemaakt, het opperste omtrent een band lang, is een gemeen gras-blad; het onderste omtrent twee leeden lang, legt t'zamen gevouwen als een schede, en omvat den steel voor een gedeelte: waar door dan ieder blad omtrent in de midden een knietje heeft, en met hare scheden leggen ze plat, als of de wieke gedrukt was, maar de bladeren zelfs staan onordentelyk uitgebreid.

Boven de bladeren loopt het dunne steeltje voort, nog over een span hoog, en draagt op zyn top drie of vier smalle aartjens van digte en zachte schubbeken gemaakt, schuins, ofte overeind staande. De wortel is gering en vezelig, dog vasthoudende.

*Naam.* In 't Latyn *Gramen supplex*, na 't Maleits *Rompot* of *Daun subat*, dat is *smeekent gras*, en zoo in 't Ternataans *Goffo suba*, op *Amboina Suba suba*.

*Plaats.* Het werd niet veel gevonden, en men moet het meest in 't wilt zoeken omtrent de voeten van de bergen of lugtige heuvelen, daar't gras is en een kleigront heeft.

Met dezelve gront uitgegraven, laat het zig ook in de tuinen verplanten, wegens zyn fraajigheid, en het volgende gebruik; waar van anders geene bekend is, als die de Maleitse en Ternataanse vrouwen in hare Letterkunst hebben; want als zy een *Request* aan iemand willen schryven, en daar in vergiffenis van eenige fouten begeren, dat wy met veele letters en Complimenten moesten doen, konnen zy alleen verrigten met het zenden van een enkelt takje van dit gras, 't welk met zyn gevouwe en plat gedrukte blaadjes, gevouwe banden wil uitbeelden der geener, die om vergiffenis smeeken.

Hier onder breng ik het *Amboinse Weggras Polygonum Amboinicum*, 't welk met zyn geleed en hart steeltje langs de aarde kruipt, over al vast wortelende, zoo dat het nergens dan met korte steeltjes verbeven staat. De blaadjes staan dicht op malkanderen, van gedaante als onze *weggras*, een lid van een vinger lang, en gestreept als riet, zwart-groen, en aan 't uiterste der steeltjes zamen-gerolt in een spitsken. Men ziet 'er zelden iets anders dan bladeren aan, ten ware dat het in 't veld staat, en niet veel getraht werd.

Daar ziet men uit den schoot der blaadjes een bol bloemen voortkomen als een kelkje gefatzoeent, en aan de kanten in spitsen verdeelt, donker-bruin van couleur, en als men 't tusschen de vingers duwt, water uitgevende.

*Naam.* In 't Latyn *Polygonum Amboinicum*, en *Gramen roris*, na 't Maleits *Rompot ombong*, dat is *Dauwgras*, om dat men den dauw op deze bladeren ziet leggen schier tot aan den middag, zelfs by heete dagen en klare zonneschyn; en als het de zonne niet veel raakt, zoo blyft den dauw tot aan den avond daar op leggen, gelyk het ook ten eersten nat werd na zonnen ondergang. Op *Amboin* *Hutta tomar*, om dat zyn blaadjes gelyken na 't riet *Tomar*, anders *Boeloe swangi* genaamt.

*Plaats.* Het wast langs de wegen en in 't veld, daar een vlakke harde gront is, beslaande een groote plaats op zig zelven, daar het dan zoo hartnekkig inwoortelt, dat men 't schier niet uitroejen kan, al word de plaats omgebakt, en maar eenige worteltjes in de aarde overblyven, gelyk 't ook verdragen kan het trappen en de scheuren der voeten van menschen en beesten, in 't midden van paden daar 't over heen loopt, en tegen aan groeit, zynde zoo een *Symbolum* van een standvastigen arbeidzaamheid, die alle tegenspoeden overwint.

*Gebruik.* Zoo lange den dauw op dit gras leid, dat is tot tegens den middag of tien uren toe, werd dit gras zeer greeg afgeweid zoo van groot als klein vee, welk verlies de volgende nagten al weder vergoed werd, zoo dat zy alle twee of drie dagen daar konnen weiden. In de Letterkunst heet het een standvastige vernedering, en een voor-nemen tegens allerbande tegenspoet te willen worstelen.

Men

Hujus *Polygoni* litorea quædam obcurrit species, majora magisque flavescentia gerens folia, in litoribus prorepens arenosis sub fruticulis, cujus folia multo rugosiora sunt & articuli longiores, sed nullius usus.

Huc pertinet *Gramen anatum*, quod crassam gerit congeriem intricatæ radicis fibrosæ, quæ terræ firmiter inhæret. Ejus cauliculi plures simul ex radicibus propullulant, & undique plane incumbunt terræ per strata, acsi adglutinati forent. Ejus foliola sunt uti in *Polygono*, seu paulo longiora. Si cauliculi geniculati ad semi pedis circiter distantiam proreperunt, iterum sese erigunt ad semi pedis altitudinem, ac breves proferunt spicas, quæ in racemis dispositæ sunt, ac semen continent in angulosis capsulis instar *Sorgi*, primo viridibus, dein fuscis, quod semen albicat, ac maturum decedit, saporis dulcis graminei.

Hæc planta quam maxime frugifera est, plurimis gaudens spicis. Latine vocatur mihi *Gramen anatum*, Malaice *Rompot bebeck*. Baleyice *Padang buit buit*, in solo crescit argilloso, ac frequentissimum est ad oras camporum *Oryzæ*, ubi cænosum est, ubi ejus semen in cæno decidens generat speciem quandam minorum *Limacum* Baleyice *Boeit boeit* dictorum. Anates quam avidissime hoc semen comedunt, quod in aqua ad ripas natantes deglutiunt.

*Gramen* ipsum a vaccis & equis depascitur, cultro etiam ex radice abscinditur, & anatibus objicitur.

Men heeft nog een strandsoort van dit *Polygonum*, met grooter en geel-groender bladeren, op zandige stranden onder groote ruigte lopende, welke bladeren veel ruiger en de leden langer zijn, voorts zonder gebruik.

Hier toe behoort het *Gramen anatum*, hebbende een digten klomp van een vazelagtige wortel, vast in de aarde houdende: zyne steelen komen veele uit de wortelen, leggen rontom plat ter aarde, met lagen boven maklender als of zy daar aan geplakt waren. De blaadjes zijn als aan Weggras of wat langer. Als de gekniede steeltjes een halve voet ver gekropen hebben, zoo regten ze haar op omtrent een halve voet, en dragen korte aairen, daar aan 't zaat zit druifsgewys, bestaande in boekige knopjes als birsse, eerst groen, daar na bruin, daar in een witagtig zaat schuilt, ook als birsse, 't welk ryp zynde uitvalt, zoet en grasagtig van smaak.

Dit gras is zeer vruchtbaar, en rontom vol van deze aairen. Het heet *Gramen anatum*, in 't Maleits *Rompot bebeck*, in 't Baleyits *Padang buit buit*. Het wast op een kleiagtige gront, en veel aan de kanten van de rystvelden, daar 't modderig is, alwaar zyn zaat in den slyk vallende, genereert een slag kleine aljkruiken; in 't Baleyits *Boeit boeit* genaamt. De Eenden eten het zaat gretig, 't zelve in 't water zweemmende, afweidende.

Het gras werd van buiten van koejen en paarden afgeveid, men snyt het met een mes van de wortel af, en werpt het de Eenden voor.

## CAPUT OCTAVUM.

*Gramen aciculatum. Cussu cussu.*

Hæc est vilissima & difficillima Graminum species, quæ radicem gerit tenuem, duriusculam, & transversaliter prorepentem, quæ duras tenuesque emittit fibrillas instar *Cyperi rotundi*, sed nullas profert glandulas, & terræ firmiter inhæret, hic & illic breves eriguntur culmi, fasciculum foliorum gramineorum formantes, quæ digitum circiter longa sunt, ac parum firma, non grati saporis, immo fere cænosa sunt, unde & a pecoribus non expetuntur.

Hi foliorum fasciculi tandem longos proferunt culmos, pedem vel ulnam altos, inferius articulatos, quorum quivis angustum sustinet foliolum, digiti articulum circiter longum: suntque porro recti, firmi, crassitiem habentes fili velorum: In vertice gerunt simplicem rectamque spicam, in multas angustas & fuscas spinulas distinctam, quæ primo parvos albosque exhibent flosculos, & qui dein in longum excrescunt, durum, & gracile semen instar illius *Cumini* vel *Chærophylly*, quod vestibus adhæret, si læviter modo attingatur.

Nomen. Latine *Gramen aciculatum*. Malaice *Cussu cussu*, & *Djintam utan*. Ternatice & Amboinice quoque *Cussu cussu*. Baleyice *Badjang badjang*, Nostrates Belgi hanc vocant plantam *Bosluysen* seu *pediculos silvaticos* & *Koeskoes*. Species est *Graminis tremuli*, quale apud Gallos *Amourettes* vocatur, a Germanis *Spelten gras*.

Locus. In cunctis crescit planis & sterilibus campis, ventosis collibus, & juxta vias, in cunctis obcurrit Orientalibus insulis, in uno tamen loco frequentius quam in altero.

Dicitur in Ternata olim non reperiri, sed ibi introductum fuisse a *Bubulo* quodam, quem rex *Batsjam* dono dabat regi Ternatensi, cujus dorsum refertum erat semine hoc spinuloso, in quo sese circumvolvebat in ista regione. Quam maxime cavendum est, nulli excrescere in areis vel circa ædes vel in plateis, quum quam maxime multiplicatur per semen, nec facile tum eradicari potest.

Usus ejus fere nullus est, sed hic detegendum est tædiosum ludibrium, quod quis habet, si quis per campos vel in silvis procedat, ubi hoc gramen ad vias publicas crescit, quum prætereuntium vestibus hoc semen quam maxime inhæret, quod tædiosa patientia evelli vel cultro leniter abradi oportet, vel si inter plicas hæreat, quodvis semen evellendum est.

Sed

## AGTSTE HOOFDSTUK.

*Het Spelde-gras.*

Dit is het veragstste en moejelykste onder alle grasen, hebbende een dunne bardagtige en dwers kruipende wortel, en daar aan harde, dunne vazelingen, gelyk den *Cyperus rotundus*, dog zonder klieren, en vast in de aarde houdende, hier en daar komen korte steeltjes voort, een vergaderinge van grasagtige blaadjes dragende, omtrent een gestrekte vinger lang, en wat styf, niet zeer lieffelyk van smaak, ja schier modderig, en daarom van 't vee niet begeert.

Deeze vergaderingen brengen eindelyk lange steeltjes voort, een voet of een elle hoog, beneden in eenige knietjes verdeelt, yder met een smal blaadje, omtrent een lid lang: voorts regt styf, zoo dik als zeilgaarn: op baren top dragen ze een enkelde regte aaire, in veele smalle en bruine stekels verdeelt, die eerst een klein wit bloeizel vertoonen, daar na werden ze lang, bard en mager, als mager *Comyn* of *Kervelzaat*, dog regt spits toegaande, en ligt afvallende, of aanklevende aan de kleeren, als ze in 't minste aangeraakt werden.

Naam. In 't Latyn *Gramen aciculatum*; in 't Maleits *Cussu cussu*, en *Djintam utan*; in 't Ternataans en Amboins, ook *Cussu cussu*; in 't Baleyits *Badjang badjang*; onze Duitzen noemen 't *Bosluysen*, en *Koeskoes*. Het is een soorte van 't *Gramen tremulum*, diergelyken men in 't Frans *Amourettes*, in 't Hoogduits *Spelten-gras* noemt.

Plaats. Het wast op alle vlakke en dorre velden, lugtige heuvelen, en langs de wegen, men vint het in alle de Oosterse Eilanden, dog op 't eene meer dan op 't andere.

In Ternaten zegt men, dat het 'er eertyts niet geweest zy, maar aldaar ingebracht is door een lompden *Buffet*, die den Koning van *Batsjam* schonk aan den Koning van Ternaten, wiens huid vol was van dit stekelig zaat, daar in hy zig op zyn land gewentelt hadde. Men moet in alle manieren daar voor zyn, dat het by niemant in zyn erven of omtrent de huizen of op straten opkome, want het vermenigvuldigt zeer ligt door 't zaat, en is alsdan moejelyk uit te roejen.

Gebruik. Men heeft 'er schier geen gebruik van, dog het moet alhier bekend gemaakt werden, wegens het verdrietige tydverdrijf, dat men bekomt, als men over 't veld gaat, of in 't bos daar dit gras overal aan de wegen staat, en den voorbygaande met zyn steekelig zaat met menigte in de kleeren steekt, 't welk men dan met een verdrietige patientie of zoetjes met een mes moet afschrapen, of zoo het in de ploegen zit zaat voor zaat uittrekken.

B 3

Maar